

# THESES MISCELLÆ MORALES,

Quas

*Ex indultu amplissimi Senatus Philosophicæ  
in florentissimo ad AURAM Lyceo,*

Sub Moderamine

VIRI CL.

Mag. ALGOTHI A.  
SCARIN,

Hist. & phil. Civ. Prof. reg. & ord.  
Pro GRADU,

*Publico bonorum examini modeste  
subjicit,*

PETRUS WICKENBERG P. F.

*Holmiensis*

die 27. Junii Anno 1738.

*loco horisque consuetis.*

---

ABOÆ, exc. Joh. Kiæmpe, R. Ac. Typs



1.

**C**ognitione Philosophiæ Moralis Theologus non facile carere potest.

2.

**D**ari leges Divinas positivas universales Theologi & Philosophi magni nominis negarunt, sed sine ratione sufficiente.

3.

**U**ti lex naturalis, & moralis seu decalogus pro synonymis perperam a multis habentur: ita positivarum legum cum naturalibus confusio in causa fuit etiam, cur circa decidendas juris controversias Scholasticorum patres adeo consulte processerint,

&

& etiamnum hodie multi summa imis miscere soleant.

4.

**I**us naturale & positivum gentium tam arctè invicem conglutinatae species sunt, ut paucissimis mortalium, neque nisi Archimedis perspicacia donatis, possibile sit has duas legum species a se invicem accurate distinguere.

5.

**L**ex naturalis sufficienter est promulgata per inscriptionem in cordibus hominum, adeo ut nullo alio cognitionis subsidio, saltem quæ generaliora præcepta, opus sit.

6.

**Q**uatenus intendit Jurisprudentia naturalis societatem hujus vitæ ordinatam & tranquillam, sub *IMPERIO DEI* & studio virtutum exultam, frustra sunt.

4

sunt, qui finem juris naturalis in suo genere ultimum, solo hujus vitæ, temporariæque felicitatis ambitu contineri, assertum ire volunt.

7.

**O**FFICIA erga Deum merito considerantur in Philosophia Morali: ad Metaphysicam verò quo in locis Theologicis, hodie de statibus hierarchicis agitur, titulo non diverso, sed eodem plane pertinent.

8.

**D**ANTur athei speculativi, non per naturalis luminis *ERADICATIONEM*, quo ad habitum, sed per *SUFFOCATIONEM*, quo ad actum & exercitium.

9.

**N**Otitia, quæ ab intellectu regulatur, & demum actio, quæ abs voluntate ejusque principio practico regulatur, *BONA*

&amp;

5  
& *VERA* non incongrue dicitur.

10.

**H**inc patet *Augustini*, quo asseruit virtutes gentilium splendida esse peccata; aliorumque, qui æmulatione sancti patris hujus, mores gentilium simpliciter orco devovent, zelum calidiorem magis quam cautum & prudentem esse censendum.

11.

**I**ntentio bona actionem moraliter malam non reddere potest bonam.

12.

**I**usjurandum quatenus indole & natura sua nihil involvit, quod legi divinæ repugnat, a Christianis in re seria exigere & præstari posse nulli dubitamus.

13.

**P**er juramenta promissis & pactis adjecta quatenus nil **DEO** promittitur, sed hominibus sal-

saltem fides obligatur, non vividemus quomodo obligatio nova, & diversa aliqua oriatur.

14.

**N**Oxiorum & illicitorum in re stipulata, sive integra sive non integrâ, nulla obligatio.

15.

**S**unt multa in doctrina de decore sive *προπορευσις*, quæ nuntur jure naturali. Et in respectu ad isthæc, revera ibi quoque dari virtutes asserimus.

16.

**E**Xistimatio *BONI VIRI* quamvis ad principis arbitrium nullo modo pertineat; possunt in civitate tamen non ipsis reis modo honoris insignia detrahi, verum poenâ eadem quoque liberi eorum mulctari.

17.

**Q**uemadmodum in criminibus, nulla reatus, nedum in poenam

7  
nam impurationis datur transla-  
tio aliqua : ita in capitalibus ul-  
la neque datur fidejussio.

18.

**Q**uanvis quod justum & æ-  
quum fuerit, palam & abs-  
que dolo, quantum licet, pace  
belloque sectari unumquemque  
oporteat, pro latruncolorum &  
furum solertia tamen omnium  
non omnis cum adversario a-  
gendi ratio est habenda.

19.

**I**n republicâ civili dominio e-  
minenti bona civium substant:  
illud quod *bi* quoque demississi-  
mâ subjectione ratum habere  
debent. In *literariâ* verò potes-  
tate eminenti aliquâ in alios con-  
sulere nemo, potest.

20.

**M**inisterium quandoque crimen  
esse *PLINIUS* epistolar. III.  
9. recte evictum dedit.

\* \* \*

Clarissime Dn. Candidate;

Quemadmodum ea est conditio vite nostrae, ut honoris apex & fastigium, sine assiduo labore & industria vix ac ne vix obtineri possit; ita illi precipuâ condecorandi sunt laude, qui inatensis vigiliis & lucubrationibus, in id incumbunt, ut metam quam sibi proposuere, feliciter attingere queant. Inter illos, si alius quisquam, Clariss. Dn. Candidate, Tu quoque locandus eris, qui vili vendens omnia, quæ impedimento esse potuere, alacriter salebrosam virtutis stadium decurristi, eoque demum pervenisti, ut a scopo parum ab sis. Dicitis suffragium addet apollo propediem, viridi Tua tempora lauro redimiturus. Et cum mihi, amico, Tuo veteri, non possit non felicitas hacce festivitasque gratissima esse; inde neque temperare mihi potui quin, congratulantibus omnibus bonis, pectoris in laudes Tuas soluti laciniam hanc eandem attexerem. Gratulor itaque, quæ Tibi concessit supremum NUMEN ingenii pulcherrima bona, gratulor Tibi honores & premia digna, roveoque ut vergant coepta Tue omnia in gloria Divina, manifestationem, ecclesie & denique germana patria Tua emolumentum. Vale!

PET. BERGENDORE.